

vol. 20, 1892 p. 198 seq.; Maass Orpheus p. 220 not. 27. — 2) *Taurobolium* movere est etiam in aliis titulis *Matri deum dicatis* (*infra* N. 4118. 4137. 4138).

**3961** (*in tribunali sedent vir barbatus et mulier velata, quibus adscriptum*) Dispater, Aeracura<sup>1</sup>, (*adstantibus tribus figuris velatis, quarum media barbata, reliquae feminae*) Fata divina. (*Ante tribunal Mercurius*) Mercurius | nuntius (*praecedens mulieres duas velatas*) Vibia, Alcestis. — (*A sinistra picturae eius quae praecedit: Pluto mulierem rapiens, praecedente Mercurio*) abreptio Vibies et discensio — (*A dextra eiusdem picturae: convivium septem hominum, quorum tres apices in capitibus gestant*) septe pii sacerdotes (*uni adscriptum nomen*) Vincentius. — (*Sub prima, inter reliquas duas picturas: mulier velata per portam apertam, cui superscriptum*) inductio Vibies (*adducitur a iuvene coronato*) angelus | bonus (*ad homines sex discumbentes, quibus superscriptum*) bonorum iudicio iudicati (*uni nomen adscriptum*) Vibia. — (*Supra arcum, sub quo omnia leguntur quae praecedunt*) [Vi]ncenti hoc o[pus] .. quetes<sup>2</sup> quot vides. Plures me antecesserunt; omnes expecto. | Manduca, vibe, Iude<sup>3</sup> e beni at me. Cum vives, bene fac; hoc tecum feres<sup>4</sup>. |

Numinis antistes Sabazis Vincentius hic e[st],  
q]ui sacra sancta | deum mente pia co[lu]t.<sup>5</sup>

Romae ad viam Appiam, picta haec sunt in cubiculo subterraneo, quod cohaeret cum coemeterio christiano quod dicitur S. Praetextati (VI 142 edidit Garruccius tre sepeliri con pitture appartenenti alle superstizioni pagane [Neap. 1852] p. 4 seq., cf. de Rossi bull. inst. arch. 1853 p. 87 seq., repelivit Garruccius storia dell' arte cristiana VI tab. 494 cf. p. 171 seq.). Quomodo picturae dispositae sint, apparet ex tabula ap. Garruccium storia l. c. 495 fig. 2. — 1) Abracura primum edidit Garruccius; sed pari iure aerecura, id quod requiritur, legi posse de visu rettulerunt Mommsen et de Rossi (cf. arch. Anzeiger 1865 p. 89\*). — 2) Quid subsit, obscurum. — 3) Cf. Maass Orpheus p. 210 not. 5. — 4) Clausula iambica; cf. Buecheler carm. epigr. ad n. 1347. — 5) Buecheler l. c.

**3962** (*a sinistra*) Diti | Patri | sacr. | (*a dextra*) Erae | sacr. (*in medio*) lucum | maceriem aras | molem [s]edilia | Q. Cer[v]onius | Chr[y]seros | acc. cos.<sup>1</sup>, IIIIIvir | Florentia | fecit.

*Aquileiae ut videtur rep. (V 8970<sup>a</sup> nescimus a quo descripta). Hunc quoque titulum ut eum qui praecedit ad sepulcrum pertinuisse apparet. — 1) Accensus consuli.*

**3963** Herae | sacr.

*In Histria rep. loco dicto Ceppich (V 8126 descr. Luciani).*

**3964** Haerae dominae | Sextilia Propontis | pro salute et | reditu | filiorum suorum | v. l. s.

*In Histria mediterranea rep. loco dicto Racizze (V 8200 vidit Pais suppl. Ital. I n. 48).*

**3965** Otacilia | Matrona | Herecure (*sic*) | v. s. l. l. m.

*Rottenburg rep., est Stuttgart (XIII 6359 = Brambach 4638 vidit Zangemeister).*